

Theologiae christianae  
theoreticae

Pars Prima.

*De Deo et operibus ejus, generatim  
spectatis.*

I.

Universae doctrinae christianae fundamentum, cui omnia superstruantur, inest in doctrina de Deo, uno ac vero, Jo. XVII, 3. (qui locus tamen non de cognitione solum, sed etiam de pio unius veri Dei cultu interpretandus est,) mundi universi conditore, conservatore et gubernatore, qui sit spiritus Jo. IV, 24. potentiae, intelligentiae et voluntatis perfectione summa et per se plane absoluta excellens 1 Tim. I, 17. VI, 15. 16. quem vere esse et talem esse litterae sacrae innumeris locis docent, atque ex operibus

C 2